

Sed Etsi ab eo die, quo a vobis discessimus tantum tempus nondum est
 elapsum: ut cum desiderio singulari ad vos possem aut velim scribere;
 tamen^{ut} matris adhortati obtemperarem: ne frangere de vobis curam so-
 licitam aliquo modo subleuarem: non potui nec debui, etiam in
 tantis festinationibus rerum nostrarum statum vobis, paucis explicandum
 pretermittere. Etenim nos Tubingam neminus salui & incolumes:
 pro quo beneficio maximas & debemus & habemus Deo gratias. Eo vero
 peruenimus ad diem 7 huius mensis Februarii, hora antemeridiana. 10.
 maturiorem scilicet ingressum impediente, & frigore intenso, & igitur uis
 aliquot incultis: quae omnia haec nos tolerabilia fuisse, & fore
 anceps speramus. Eodem simul die hospitium oblatum & susceptum
 a nobis est: quod est uiri & ciuis honesti, M. Pauli Calcey,
 olim linguae graecae in Argentiniensi Academia professoris publici:
 qui hoc tempore propter aetatem satius multam & ualitudinariam, simul
 et propter loquae impedimenta absque munere uiuit Academicus.
 Mensam & museum in eadem domo habemus: ut (quod faciunt
 plerique in his locis) plateas post sumptum cibum transire minime
 nos oporteat. Mensa autem florenti potius persolueda est: quod
 pretium pro uictu, haec in urbe communissimum est: si extra contu-
 berium uiuere quis uolet. Museum & florentis elocatum est, in
 quo Tigurinum pastoris Flachmisi filium (cum quo D. Barth. Peyers
 habitamus erat) nobiscum habemus: qui haec plurimum nobiscum diuidet,
 in persoluedo. Spacium habemus tantum in eo: ut tres comodi
 ibi habitare possint. Est. n. unus a duobus alijs, museo paruo
 distinctus: quod tamen communem calorem ab altera parte accipit.
 Interim pro lecto quid persoluedum sit, adhuc ignoramus. Alias. n.
 4. ff. a singulis lectis poscentur: quod pretium & utrum duobus
 una cubantibus totum, an uero diuisim exponendum sit, dubitamus.
 Nisi fortassis duo lecti communiter a tribus, quemadmodum & museum
 commune a totidem quique, arithmetica proportione persoluedum est.
 Sed de his, quae proxime certius conuenimus, certiora quoque ad
 vos scribemus. Ea namque conditione hospitium susceptum est: ut prius
 per octiduum de eo fiat periculum: quam nos uel plene suscipia-
 mus habitum & uictum, uel partem aliquod, quod a nobis positum
 ad futuros sumptus exponamus. Id factum est omne, non inconsulto

D. Schreyffio : qui se liberalem & promptum, cum in his, tum in alijs futu-
rum semper promissit : quod quomodo factum sit, suo tempore expe-
rimendum est. Ceterum ne hoc pretermittam : ad mensam nostram
quoque alij auerunt : quorum musæa alijs in locis sita sunt. Horum tres
sunt iuvenes honesti : ex quibus unus est nobilis : alius D. Bernlerus Ti-
quimius, Henricus Suarzi contubernalis. Mensa haec fuit satis
liberalis pro hoc pretio : & multo sanè liberalior quam fuit Basilee.
Itaque si tibi eodem modo pretium & habitatio placere, quo nobis hactenus
placuit : tandem ibi comorandum existimarem. donec uel alio mitteremur,
uel alia molestie nos pertraherent. Arbitror aut, si Neostadianis prae-
stare restitueretur status : minus diu hic nos habitare posse : non solum
per minios sumptus : sed et per professorum ferias, & nequiqua in docendo.
quos audio, Anno uix semestris tempus docendo consumere. Sic hactenus
neminem audiui, nec audire possum sequi septimana, per festum Bachi
celebrandum. Concionatores heri primum audiui D. Schreyffium &
Schmidlium : quoque conciones absque conuictijs erga nostros habitae sunt.
Similes ut posthac haberentur semper, precarer. Scire & sciri
hinc cupit : utrum uiuendi apud nos aliquandiu, ipsi quoque comoditas aliqua
super sit. Optime aut, quod spero, poterit id assequi : si parens & frater
tandem in contubernio uolet detineri. Nihil ergo hinc impedit : quin
prius ad nos, quam Argentinam reuertatur. Nostra suppellex
nondum nobis tradita est : neque et D. Barthol. Pejeri hadonius ad
nos mitti potuit. Speramus aut, quod proximis diebus auriga Reut-
lingensis, lapideus molares (quod promissit Suarzio) Tigurum reuertens
sit : qui haud dubie huius suppellectilem assumet : et redeundo ad
nos uacans, nostram quoque asportabit. Id quod fieri possit facilius,
uos dabitis operam, ut huic persuadearis. Tigurum Scaphisim
ueniet, & Suarziū appellabit. Hic & auriga, qui D. Suarzi filio
Plinm, quo opus tunc soluit persolvere. Non mihi aliud habeo : nisi
quod D. Cussius affirmat : Turcam scilicet proxime à Persa uicta,
turcarum armatorum milia viginti ~~septem~~ septem in pretio amissis.
Hac uolui in temporis tanta breuitate ad te scribere. Plura ad
uos scribam, si commodior ad uos scribendi occasio habebitur.
Valete optime & tranquille. Meis uerbis quam amanter salutes uelim
Matrem, fratres, sorores, D. Affm Kochlium, D. Tezlerum, D. Gruber-
lium, & omnes quotquot honorificam meam faciunt mentionem. Margaritha
Regula & Scipio festinanter Tubinga 11. Febr. Ao. 1583.

Tuus filius dilectus Joh. Ulmrig.

in alijs
tempore
mensam
sunt. Hanc
D. Beumler
fuit
quam fuit
laoret, quo nobis
uel alio
Neostadli
posse non
estigaa in
ere. Sic
ff festum
D. Schepf
fros habita
Scire
comeditas
si parum
impedit
stra suppellex
eri hadonni
auriga Reut.
um reclusus
et redeundo
i possit
Scaphisim
D. suarzi
hind habeo
a Persa
paelio am
ere. Plura
bebitur.
Salute
D. Gruber
ne. Mon
As. 1583

Reddito Tubizia
15. Febr. 83. 8. Sept. 83.
R. 22. Febr. 83.